Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Et tamen eis non communicatis. & dicitis non esse xpianos.
& eos rebaptizare conamini. Quid dicam. quid querar. aut
quid exclamem. Sicum homine cordato loquor. indignationis
huius aculeos tecū participo. Nam uides profecto quae dicerem.
si uellem dicere. An fortefecerunt inter se maiores uri conciliū.
& damnauerunt pro & er se totū orbem xpianum. Itane ad hoc
perdurata est rerum existimatio. ut concilium maximianensium
quidem uere precisione precisi sunt. qui a uobis comparati paucis
simi sunt. Prouale at aduersus suos & urm concilium. ualeat
aduersus gentes. hereditatem xpi & possessionem eius: terminos
terre. Miror si ab & in corpore sanguinem. quid ebacre
non erubescit. Rescribe ad ista quaeso. A non nulli senim quib;
ñ potui non credere. audiuite rescripturum. si tibi scriberem.
Iam & iam pridem misi unam epistolam. quā utrū acceperis. uel ei
responderis. & forte ego tuam non acceperim nescio. Nunc intē
impedio. ad haec respondere negligueris quod tibi uid & ur.
Sed nolite in alia stollere quaestiones. Hinc enim caput est ordi
natissime inquisitionis. cur schisma factum sit. Nam & terrenę
potestates. cum schismaticos persequuntur. ea regula se defendunt.
quad dicit apostolus. Qui resistit potestati. dei ordinationi resistit.
Qui autem resistunt. ipsi sibi iudicium adquirunt. Principes
enim non sunt timori bono operi. sed malo. Uis autē non timere
potestatem. Bonum fac. & habebis laudem ex illa. Dei enim
minister. ē. tibi in bonum. Quod si malum feceris. time.
Non enim frustra gladium portat. Dei enim minister est uindex
in iram. ei qui male agit. Tota igitur questio est. utrum nihil
mali sit schisma. aut utrū schisma non fecerit. ut pro bono
opere potestatibus resistatis non pro malo. unde uobis atqui
ratis iudicium. Propterea prudentissime dns non ait.
Beati qui persecutionem patiuntur tantum. sed addidit propter iustitiam.